ostium loquendi deserit pectoris fecunda dictatio?
Nihil nisi maliciam designat, quicum possit desideranti.
uerba non tribuit. Ecce inter ructationes Lyeo debitas,
qualia Selenus (Silenus) alter uerba compono, scribendum, sciatis
nomen uestrum ad genii mei purpuram & libellis propri
is inserendum, ut etiam si nihil tribues de responso, ego
tamen arcem teneam, quod ad doctos uiros dirigo sine
trepidatione aliqua [illegible] quod legatur; Domine mihi
accipe nostrae salutationis obsequia reddens debita
lit generum. fin.

Sic tibi uirginitas mansuro constet in aeuo,
Nec pereat quicquid uita beata dedit.
Sic non maculent nigrantis membra puellae,
Nec iaceas propter tartaream faciem
Ut cupidum sanctis releues perscripta loquelis
Deque tuis fratri fontibus unda fluat. 12

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPS SCI. DICTIO INCIPIENTIS EPI. (Epifani)

Par quidem discipulis incipiens magister est, & inter
exordia doctor nulla est ab auditoribus sorte sub
limior. Expertis honor debetur ingeniis, uix mediocrem
cultum exigunt non probati. Illa sunt uera preconia,
quae longus sudor elicuit, blandimentum est non iudici
um, quotiens laborem gloria ingesta praecesserit.
Inter maculas numerat quoscumque triumphus ante
discussionem campi miles adquirit. Qui properantis sub
eunt olympia gabella uestigiis, numquid eis ante con
sumationem certaminis suppetit spes coronae, dicente
Apostolo, non coronatur nisi qui legitime certauerit?
Ecce nec illos decantante meritum praedicatio, a quibus
iuste poscitur post laborem. Nostrae diuersis prolixo
difficili calle condicio, quibus tantum decerpitur de
fruge innocentiae, quantum accesserit de labore;
Nam sicut positi in tirociniis aestimamus plenum
necessitatis & periculi inter est in quo & secunda est

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0326